



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas  
Psalmorvm Decades**

**Luther, Martin**

**Basileae**

**VD16 L 5540**

Deus meus, impolluta uia eius, eloquia domini igne examinata. Protector  
est omnium sperantium in se.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

## M A R T I N U T H E R I O P E R A T I O

Illuminationis ad nullius pauebo occurſū, pugnabo aduersus quodlibet genitum inimicorum, superabo murum & quicquid opositū mihi fuerit hoc est, quod in me infirmor, in te ero inuictus, & sicut Paulus g' oritur, Phil. ii. Possum omnia in eo qui me confortat, Et. ij. Cor. ij. Deo gratias, qui nos semper trahit in Christo. Quare murus hoc loco non peccata significant significat saltem sola, sed potentiam quoque inimici, contra quam pugnat Ecclesia Christi per fidem uerbi dei, sicut in re militari pugnatur contra muros hostium. Nam mures & muri in scripturis allegorice significant duces & protectores & maiores in populis, ut psal. cxxij. Fiat pax in muris tuis & abundantia in turribus tuis id est, in mitoribus & rectoribus Ecclesiarum, xl ix. Ecce muri tui in oculis meis tenui, hic Murus pro muros, id est omnē potentiam huius mundi, in qua fortis cultus dicit atrium suum donec ueniat fortior & uincat eum,

*Potestas muri*  
di non tollitur  
sed superatur.

Et proprie dicit transfiguratio seu transfigrediar, non diruam aut destruam, quod potestas mundi non tollitur per uerbum fidei, sed superatur tantum. Non enim Christus Cæsar's regnum sustulit, sed sublimius regnum ueritatis condidit. Et Paulus subiicit omnem animam potestatibus sublimioribus. Ro. xii. secundum carnem, qui tamen secundum spiritum omnes afferit liberos esse in Christo. Similiter & Petrus. ij. Pet. ij. increpat futuros illos dominationum contempentes, qui & ipse libertatem Christianam prædicat. Ita uincimus omnia, tunc maxime quando omnibus subiacemus.

Deus meus, impolluta uia eius, eloquia domini igne examinatus.  
Protector est omnium sperantium in se.

*Idiotismus hebreus.*

Meus, non est in heb. sed absolute, Deus, quod idiotismo hebreo dicitur, pro eo quod nos diceremus: Dei impolluta uia, Hebreus enim dicit, dei impolluta uia cuius, ut psal. cxvij. mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo. Et Gen. ij. de ligno, quod est in medio paradisi, non comedes ex eo quem loquendi morē & nostra uernacula habet, dū dicimus, Vnde der holz miten ym paradiſ/ do solti nit von essen. Item, Eynem regemē der Kitchen/ de gepurt nit zu streyten, &c.

*Verba uita, conscientia.*  
Pergit autem dulci affectu, quo delectatur in deo, diuina etiā uerba commenda, sicut hactenus opera commendauit, aduersus tā opera q̄ uerba superbo & impiorū. Nā, q̄ deus cum sancto sanctus est, & corroborato, qui in ea confidunt, hoc facit, per conscientiam puram. Pura enim conscientia lata & ammosa est. Pura autem non fit, ullis operibus aut doctrinis homini, sed lege & uia dñi, ut psal. xvij. Lex dñi immaculata conuertens animas. Quale enim est uerba dñi, talis & uita, id est uita secundum uerbum, qualis uita, talis conscientia. At uerba dñi sicut argenti igne examinatur, purgant septuplū psal. xij. Atq; hoc facit, ut impi in deo latari non possint, sed omnia eorum sunt peruersa quia iniquitate sunt uia eorum, quibus omni tempore, in doctrinis & mādatis hominum ambulant & sibi in eisdem placent, etiā ipsa lege domini tracta in suas eisdem opiniones.

*Ecclesiæ ad synagogam comparatio.*

Quare comparationem oportet obseruare, qua Ecclesia se synagogam per totū comparat, glorians in deo, qui non modo omnia opera Ecclesiarum probat, sed & doctrinam uerbi purissimā ei dedit, iuxta quam sancta, electa innocens uita. Contra impiæ synagogæ & opera & uerba polluta facit, q̄rumlibet aliud in oculis hominum appareat. Nam ut impi, uitam ita & doctrinam piorum pollutam esse iudicant, ignorantes iustitiam fidei, quæ ex deo est, & si uam que rentes sit.

et non habere quod ex operibus est. Ex qua deinde non potest aliud sequi. Sed non presumptio, contra quos dicit hic, protector est omnium sperantium. In se. Quoniam in via dei ambulant & uerbo eius inharent, non in seipso con- fidant, sed in deo, a quo etiam solo proteguntur, cum illi suis se uiribus, operis, doctriminis protegant, opus enim habent propter deum, cum propter impollutam uiam domini & pura eloquia dei semper ab impiis patiantur & ad predicationem querantur.

Quoniam quis deus præter dominum?  
Aut quis deus præter deum nostrum?

Protector est omnium sperantium, quia est unde possit protegere, cu præ- tereum non sit deus alius, qui noceat. Sic. j. Reg. ii. Non est sanctus ut est do- minus, neq; enim alius est extra te & nō est fortis sicut deus noster. Ex quo lo- co David huius uersus partem posteriore accepit, sunt enim eadem uerba. Hieronymus quoq; hebræum 7,12 Zur, non uerit, deus, sed fortis, dicens, & quis fortis sicut deus noster. Nō etiam coniunctio disiunctiua, aut, sed copula/ tua, & ponit hic debet. Est enim uersus tautologicus.

Est igitur sensus consolatorius Ecclesiæ aduersus insultationem & iactan- tiæ Phenænæ istius synagogæ, q.d. Si ille protegit, quis nocebit? Si deus pro- nobis, quis contra nos? Quis est qui uobis noceat, si boni simulatores fueri- tis. Sic & Anna, j. Reg. j. contra suam simulam præsumptuosam eadem dixit, & addit. Nolite loqui sublimia gloriantes, quia non in fortitudine sua robo- rabitur ullus.

Deus qui præcinxit me uirtute,

Expoluit immaculatam uiam meam.

Iterum hebraismus. Deus qui præcinxit, pro, Deus præcinxit, uel, Qui præ- cinxit, sicut deus meus, impolluta uia eius. Et idem uocabulum hic, immacu- latam, quod illuc impolluta, scilicet תְּמִימָה Thamim, id est, innocentem, ut ibi, Cum innocentem eris. Supra dixit, Impollutā uiam domini, hic impol- lutam uiam iactat. Atq; cum superiorius abunde dixerit se nō impie gessis- se a deo, & iustitiam suam ac puritatē manuum suarum confessasit, quid denuo eadē toties repetit & ingeminat, uelut superfluis uerbis Battologisans?

Dixi, meo sensu, prophetam hoc psalmo Ecclesiæ primitiue statum in per- sona Christi canere usq; ad uocationem gentium, ideo in principio caput eius Christus introductus est, deinde Euangelij predicatio & Ecclesia ortus in Iu- dez, & comparatio eiusdem cum reproba relictaq; parte synagogæ, quæ suis iustitiis superbens, Ecclesia fidē irritis atq; contemptis, deniq; & prohibuit & psecuta est, sicut Pharaon filios Israel in Aegypto oppressit ne multiplicarentur.

Nunc uero profectum & multiplicationē eius canere uidetur, q; quo magis impi prohiberent, hoc magis fideles multiplicaren. Hunc esse sensum & uer- ba & leuentiam monstrabunt. Virtus em̄ qua hoc loco se cinctam dicit, ea est, quæ multitudini & exercitu tribuit, sicut Isaia. lx. Quādo cōuersa fuerit ad te multitudino maris & fortitudo gentiū uenerit tibi, id est, magna uis, hoc est, grā- dis multitudine gentiū. Exo. xv. Pharaonē & uirtutē eius piecit in mare, Vnde hæc dictio הַר הַכְלָסָפִים pro exercitu, quæ hic & alijs locis, pro uirtute trans-

Kk iii fertur, Sic

Continua-  
tio-  
nis ratio.